UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus de Alueo domini Bartoli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

ſciendum eſt quod fundus eſt quoddam totum ⁊ quelibet gle⸗ba ipſius eſt pars totius fundi, vt l.iij.in princ.ff.de acquir.poſ. facit ff.de furtis.l.vulgaris.in princ. Item ſciendum eſt quod cum dico pars inferior fundi, intelligitur, id eſt, pars, que in fundo eſt infima, ſeu magis infra, ita ꝙ infra illã nulla ſit alia, vt ff. de vulg. ⁊ pupil.l.ex duobus de reb.dub.l.qui duos. de verbo. ſignif.l.proximus.in propoſito tamen dico, vendo quatuor ſta⸗dia a parte inferiori, intelligo de illis ſtadijs, que ſunt in ea parte fundi, que eſt magis infra, vt l.i.§.ſi.de aqua plu.arc.⁊ de leg. ij.l.Caius.§ j.videbitur ergo vendita illa pars, que continetur in illo triangulo.p.c.q.quia in illo eſt inferior pars totius fundi nec poteſt dici quod ſit inferior pars certe partis fundi, quia hic conſideratur fundus tanquam vnum totum, vt dictum eſt, ⁊ per predicta multas potes dirimere queſtiones,

ADDITIO.

a T.D. Vtrum tranſlatum. Vide Pet. Philip.Corn.in conſ. l.iij.volumi.incipien.videtur in hac conſultatione.⁊ Philip. Decium in conſil.clxxix.⁊ in l.traditionibus.C.de pactis.

Tractatus de Alueo domini Bartoli.

SUpereſt vt de alueo dica⸗mus ſequẽtes ordinem, quem Iuriſconſultus Caius ſecutus eſt. Primo igitur ver⸗ba eius referamus, que poſuit.ff.de acquirendo rerũ domi.l.adeo.§.qđ ſi toto que verba ſunt hec: Quod ſi toto naturali alueo relicto flumen alS fluere ceperit, prior quidem al⸗ueus eorum eſt, qui prope ripam predia poſſident pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſque predij, que latitudo prope ripã ſit. Nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit, cuius ⁊ ipſum flumẽ eſt.i. publici iuris gentium. Quod ſi poſt aliquod tẽpus ad priorẽ al⸗ueum reuerſum fuerit flumen, rurſus nouus alueus eorũ eſſe in⸗cipit, qui prope ripam eius predia poſſident. Si cuius tamẽ to⸗tum agrum nouus alueus occupauerit, licet ad priorẽ alueũ reuerſum flumen fuerit, non tamen is, cuius ager fuerat ſtricta ra⸗tione quicquam in eo alueo habere poteſt: quia ⁊ ille ager, qui fuerat, deſijt eſſe amiſſa propria forma, ⁊ qui vicinum predium nullum habet, non poteſt ratione vicinitatis vllã partem in eo alueo habere, ſed vix eſt, vt id obtineat. Aliud ſane eſt, ſi cuius ager totus inundatus fuerit. Namque inundatio ſpeciem fundi non mutat, ⁊ ob id cum receſſerit aqua, palam eſt eiuſdem eſſe, cuius ⁊ fuerat. Hec ille. Legis ergo verba diſcutiamus. ait lex,

Quod ſi toto. Ideo dicit toto, quia ſi partẽ tã⸗tum relinqueret, cederet tãtum illi, qui predia poſſidet, ab ea parte, qua alueum dimittit, ⁊ ac⸗quiretur eis per eum modum, quem ſ. de alluuione in primo lib. diximus. non ſolum eſt alluuio, ſi flumẽ ponat, ſed etiam ſi paulatim retrocedat nil apponendo, vt ff.de acquirend.rer.domi.l. Martius. licet glo.ibi in verb.alluuione dicat quod improprie dicitur alluuio, ſed Azo in ſumma C.de allu.⁊ palu. dicit qđ proprie alluuio eſt: quod puto verum, argumen.ff.de acquire.rerũ domi.l.ergo.§.tribus. ſed quando totus alueus relinquitur illa eſt noua ceſſio, nec eſt alluuio nec eſt inſula, vt dicit gl. ſuper iſto verbo, toto.

Naturali. Naturalis alueus dicitur.i.conſuetus, vt ff.de flu.l.j.§.ripa.⁊ ibi no. quia naturalis curſus eſtate diſcernitur potius quam in hyeme. vt.ff.ne quid in flum.pu.l.j.§.is autem. Alueus vero qui non eſt naturalis dicit inundatio, vt j.circa finẽ dicitur. Vel dic alueus naturalis, id eſt antiquus, ⁊ ſic ad differentiã noui aluei, de quo ĩfra dicet.

Alueo. Alueus proprie venter fluminis eſt, ſecundum Hugu.

Relicto Perfecte oportet quod ſit relictus, vt cedat vicinis, ꝓ antẽ perfecte ſit relictus, cõſtat in hyeme, ⁊ ſic per contrarium eſt quod ſupra dictum eſt, nec etiã alueus conſtat eſtate quando aqua minor eſt, arguẽdo a mino⸗ri ſic in eſtate, de qua minus videtur, detinet talis locus flumi⸗ne occupatus, ergo multo magis detinebitur hyeme. q̃ autem ſit derelictus cõſtat ex hyeme arguendo a minori negatiue, ſi talis locus nõ eſt detentus, ſed derelictus in hyeme, ergo magis erit derelictus in eſtate. ſi talis locus nõ eſt detẽtus, ſed dereli⸗ctus in hyeme, de quo magis videtur ineſſe, ⁊ ineſt qđ debeat detineri occupat⁹, ergo multo magis erit derelictus eſtate. Et quod hoc ex hyeme inſpiciatur, patet, quia quandoq; eſtate flumina perennia etiam exareſcunt, vt ff.de fluminib.l.j.§.j. Item de relictum, intelligo etiam ſi aliquãtulum aqua fluat per antiquũ alueũ ſi tamen ſit ita modica quod fluminis nomen perdiderit, qđ ex opinione circumcolentiũ diſcernitur, l.j.§.j.ff.de flum. Si enim aqua inde currens nõ eſt flumen, ergo locus ille non eſt alueus fluminis. Item relictum intelligo ſine ſpe redeundi, quia enim ſi ideo quia aqua ducitur ad molendinum ceſſat ire per alueum, alueus priuatus non efficitur, cum in poteſtate ſit ducentis eum in alueum remittere, ⁊ ſic ſufficit, quod poſſit ire per alueum, licet non vadat, argu.ff.de aqua quot.⁊ eſti.l.j.§.quotidiana. Item pone, vt de facto eſt Murſie flumen quoddam, cuius nomen eſt Turbido quod ſeptem annis fluit, ⁊ ſeptem annis occultatur. ⁊ ſic factum eſt a tempore cuius non extat memoria, an dicetur alueus derelictus: certe illo tempore quo occultatur, non dicitur alueus derelictus propter conſuetudinem reuertendi, arg.ff.de acquir.rer.dom.l.naturalem.§.pauonum.

Flumen. Idem in lacu, ſtagno, riuo, foſſato, que ſunt publici iuris, vt dictum eſt in precedẽtibus.

Alias. Scribit breue, ⁊ ſic eſt aduerbiũ loci.i.alio loco. Interdum eſt aduerbium temporis, vt alias, id eſt, alio tempore, vt ff.de arb.l.diem, vel alias, id eſt, aliquando ⁊ quando in eadem oratione reperitur pluries alias, vt ff.de ca dictione ſine cauſa.l.qui ſine.⁊ de verborum obligationib.l.in ſti pulationibus.in princip.⁊ de vſufr.lega.l.denique.§.interdum. Interdum eſt aduerbium qualitatis, vt alias.i.aliter, vel alio modo, vt ff.de aqua quoti.⁊ eſtiua.l.j.§.illud tamen. Interdum vero eſt coniunctio, ⁊ idem ſignificat quod ſi non, vt l.diuortio ff.de nego.geſt.⁊ ff.de iureiurand.l.alias. Interdũ ponitur pro alioquin. de cuius dictionis ſignificatione mirabili ſcilicet, de alioquin, dixi plene ff.de condi.⁊ demon.l.j.

1 Verbum preteriti ſubiunctiui rem preteritam ſignificat.
2 Alueus fluminis derelictus vt acquiratur predio, quid requiritur ⁊ probandum ſit ex parte agentis.

1 **Fluere Ceperit** †Preteritum ſubiunctiui eſt, quod rem preteritam ſi⸗gnificat.l.j.§.ſi.ff.quod quiſq; iur.⁊ de verbo.obliga.l.ſi quis ſti⸗
2 pulatus ſit Stichum.in princip.†requiritur ergo, quod veterem alueum reliquerit, ⁊ quod per alium locum perfecte fluat, ⁊ hoc ideo quia quotidie communiter contingit, ꝙ alueus non dimittitur, niſi alius aſſumatur. Sed ſi contingeret, quod flumen occultaretur, nec alio loco flueret, idẽ eſſet quod ſi alueus dimiſſus eſſet eorum qui prope ripam predia poſſident. Idem puto, ſi in iudicio probaretur ſolũ quod alueus eſt dimiſſus, licet non probetur quod alio loco cepit fluere, tamen agens debet obtinere. Sufficit ergo primum, ſi a primo incipias, ſcilicet ab alueo derelicto. Si vero incipias a ſecundo, ſcilicet, quod alio loco cepit fluere requiritur vtrunque. Poteſt enim eſſe quod per duo loca fluat, ⁊ in quolibet retineat nomen fluminis, vt apparet in Pado prope Ferrariam. Facit ad predicta ff.de acquire.do.l.quemadmodum.⁊ quod ibi not.

Prior. Prior quidem dicitur comparatione ſequentis vt ff.de aqua quotid.⁊ eſtiua.l.j.§.[illegible] ſi flumen ſe celaſſet, alueus derelictus non eſſet [illegible] tamen haberet locum hec lex, vt dictum eſt. proba.ff.de aqua quotid.⁊ eſti.l.j.§.qui hac eſtate.

Alueus. Vocat alueum, qui non eſt modo, ſed fuit, ſic ff.de acquirend.rerum domi.l.[illegible] in fine ff.de negotijs geſtis.l.diuortio.in princi. quod [illegible] notarijs, ⁊ teſtibus quando dicunt: talis filius Titij, cum Titius ſit mortuus, eorum eſt iure dominij, vel quaſi, vel alias, prout ſunt predia, quibus adheret, prout dictum eſt in primo qui prope ripam predia poſſident. Quid ſit prope ripam predia poſſidere: dic vt dictum eſt in precedentibus libris. aduertendum tamen eſt, quod hic non dicit ab vtraque parte, licet in precedenti dixit quoniam ripa non poteſt eſſe inſula que ab vtraque parte habet predia, alueus vero derelinqui poteſt ab vna parte, tunc ſi quidem derelinquitur paulatim, fit acquiſitio iure alluuionis. ff.de acquirendo rerum domin.l.Martius.⁊ ſupra dixi. Si vero tunc ſimul ſit acquiſitio aluei derelicti, vt hoc §. ſi tamen alueus totus ab vna parte relinquitur, tunc inter eos qui ab vna parte predia poſſident, fit diuiſio pro modo latitudinis cuiuſque predij, que latitudo prope ripam ſit, vt ſtatim ſequitur. ⁊ ideo eodem modo quo ſ. in alluuione oſtẽdimus. Si vero alueus ita derelinqueretur ꝙ ab vtraque parte eſſent predia, tunc inter eos, qui poſſident ab alio, fiet diuiſio iure vicinitatis, ⁊ propinquitatis, ⁊ ſic per mediũ, vt dictum eſt de inſula, ⁊ probat ſ. ibi, nõ poteſt iure vicinitatis, ⁊c. Inter

co

eos vero qui ab vtraque parte poſſident. fiet diuiſio pro mo do
latitudinis, vt dictum eſt de alluuione. ꝛ ſic eodem modo fiet di-
uiſio, diuerſo tamen iure, quia ibi iure alluuionis, hic iure aluei
derelicti. Pro modo predij cuiuſque latitudinis. que latitudo
prope ripam ſit hec verba ſatis ſupra proxime ꝛ in precedenti-
bus expoſita ſunt.

Nouus. Nouus autem alueus dicitur ad differentiã
veteris. ꝛ ſic ſi per multos annos ſteterit, ſic
appellatur, donec nouus alius alueus ſuperuenerit, vt ff. de vſu
fruc. lega. l. vſufruc. ꝛ quod no. ſi certum petatur. l. cũ quod. alias
autem dicitur nouum, id eſt inſolitum. vt C. de iudi. l. rem non
nouam. ꝛ ff. de vent. inſpiciend. l. j. in alijs etiam ſignificationi-
bus accipitur de quibus dixi ff. de oper. noui nũcia. ſup rubrica.

1 Incipit ꝛ deſinit, adiecta facto habenti tractum ſucceſſiuum
quomodo accipiantur.
2 Incipere improprie ꝛ large dicitur, qui ſe preparat ad incipien
dum.
3 Incipere proprie dicitur, qui aliquid incipit facere de eo quod
eſt faciendum.
4 Incipere etiam dicitur, qui multa ipſi inceptioni adijcit.
5 Iuramentum calumnie ſi preſtatur poſt litem conteſtat. dicitur
preſtitum in exordio litis.
6 Deſinere aliquid quando dicatur.
7 Incipit ꝛ deſinit ſi adijciuntur tempori, quomodo accipiantur.
Dies quando dicatur incipere, ꝛ quando deſinere.
Annus quando dicatur incipere, ꝛ quando deſinere.
8 Incipit ꝛ deſinit, ſi adijciuntur loco, qualiter accipiantur.
9 Incipit ꝛ deſinit, quando adijciuntur eſſentie alicuius ſubſtan-
tie vel qualitatis, qualiter intelligantur.
10 Incipit ꝛ deſinit, quando adijciuntur potentie alicuius, ꝛ quali-
ter intelligantur vt quis dicatur poſſe

Eius incipit iuris eſſe. In hoc text.
pluries Iuriſ-
conſultus vtitur verbo, incipit, Item vtitur hoc verbo, deſinit,
vt j. ſtatim ſubditur, ibi, deſijt eſſe, ꝛc. de quorum verborũ ſignifi-
catione varias contentiones vidi inter dialecticos, ad quorum
ſenſum ſi reduceretur iuris noſtri ſenſus peruerteretur, ideo ſe
cundum legalem doctrinã quid iſta verba ſignificent explane-
1 mus. Ad quod † ſciendũ eſt quod hec verba adijciuntur quan
doque facto quod habet tractũ, ſeu ſucceſſionem quandam in fa
ciendo. Quandoque adijciuntur tempori, quandoque loco, quã
doque eſſentie alicuius rei, quandoque potentie. De quolibet
videamus. Primo adijcitur facto, ꝛ tunc tribus modis accipit.
2 Primo large, † ꝛ improprie, vt dicatur incipere ille, qui ſe pre
parat ad incipiendũ vt in caſu ſpeciali. ff. de polli. l. prima. §. ce-
piſſe. ibi ſi apparatum ſiue impẽſam in publico poſuit. alias au-
tem dicta preparamenta non dicitur quis incipere l. ſi pecuniã.
in verſi. nam ſi ita res. ff. de condictio. cau. da. ꝛ de procu. l. ſi de-
3 functus. † Secundo accipitur proprie eo ipſo quod incipit ali-
quid facere de eo quod eſt faciendum, vt ſi fundamenta facit, ꝛ ſi
milia. vt in alijs exemplis poſitis in d. §. cepiſſe. ꝛ de oper. no.
nuncia. l. de pupillo. §. nũciationem. ibi, inchoet, ꝛc. ꝛ dict. l. ſi pe-
cuniam. Et hoc modo dicimus quod lit. conteſtat. incipit iudi-
4 cium, quia tunc incipit tractare de his, que ſunt de ſubſtantia
cauſe. † Tertio modo dicitur quis incipere non ſolum in ipſo ac
tu, quo incipit, ſed etiam in multis que ſunt poſita propinquius
ipſi inceptioni. vnde iſtud verbum incipit, non ſolum verifica-
tur in primo lapide, qui ponitur, ſed etiam multa, que poſtea
ſiunt dicuntur eſſe de inceptione, vt ff. de oper. no. nunciatio. in
l. ſtipulatio. §. opus. ſic etiam iuramentum calumnie quod pre-
5 ſtatur poſt litem conteſtat. ſic † poſt quam lis incipit, dicitur fie-
ri in exordio litis vt C. de iuramen. calumn. l. ſecunda. §. ſed pre-
dictum. Itaque eodem modo in verbo, deſinit. Primo dici-
6 mus † deſinere qui ad hoc tendit vt deſinat, argument. de excu-
ſatio. tut. lege, non tantum, ꝛ de damno infect. lege, damni. §.
Sabinus. Item deſinere dicitur res que non perfecte deſinit,
ſed incipit deſinere, vt de contrahenda emptione, lege domum.
7 † Secundo dixi quod hec verba quandoque adijciuntur tempo
ri, ꝛ tunc ſimiliter tres ſignificationes habent exemplũ in die ar
tificiali. dicimus enim quod incipit mane, deſinit, ſeu finit ſero,
vt ff. de fer. l. more. ꝛ ibi not. in authentic. de iudi. §. ſedebunt.
Dic ergo quod mane intelligitur ante ortum ſolis, cum iam
celum incipit albeſcere, vt ff. de liber. ꝛ poſthum. lege, Ti-
tius. §. primo, ꝛ tunc dicemus dies incipit, ſed tunc non eſt
dies, ſed ſtatim erit: hec tamen non eſt propria locutio. Secun-
do modo dicitur mane in ipſo puncto, quo ſol oritur, ꝛ tunc vere
dicitur, incipit dies. cum ſol eſt ſupra terram, dies eſt, vt ff. de
verborum ſignification. lege. hec verba, ille aut ille. Tertio
per aliquale ſpatium poſt ortum Solis adhuc dicimus dies
incipit, ꝛ ita loquimur, licet non ſit propria locutio: tamẽ hoc ſci
re neceſſe eſt propter dicta teſtium, ꝛ propter multa. Eodem mo
do deſinit, ſcilicet cum eſt prope occaſum ꝛ cũ vere occidit, ꝛ ali-
quo ſpatio poſt. Facit ad predicta que dixi ff. de pen. l. aut facta,
a §. tempus. Eodem modo in anno incipit, ꝛ deſinit, habet tres
ſignificationes, ſed in aliquo differunt. nam in tẽpore ante, quã
vere incipiat, ꝛ in ipſa inceptione idẽ eſt in die, ꝛ in anno, ſed in
eo, quod ſequitur, poſtquam incipit, differunt in tempore, nam
cum annus ꝛ menſis ſit longius tempus, longiori ſpatio durat
illud tempus quo dicimus, incipit recte per vnam diem, ꝛ forte
per plures dicimus menſis incipit, vel annus incipit, argumẽ.
ff. de furt. l. fur eſt manifeſtus. ꝛ quod ibi dixi, ꝛ ſtatim dicam de
verbo deſinit. Similiter contingit in verbo, deſinit, nam primũ
tempus, quo incipit deſinere, ꝛ cum dicitur deſinit, eſt longius
in anno, quam in die. Nam aliquando tota vltima die dicitur de
ſinit, vt ff. de teſtamen. l. qua etate. in alijs duobus idem eſt in an
no ꝛ die, ſicut annus, ꝛ dies in verbo, incipit concordat in pri-
mo, in tertio diſcordat. ſed in verbo deſinit, diſcordat in primo ꝛ
8 concordat in duobus vltimis. ¶ † Tertio dixi, quod hec verba
quandoque adijciũtur loco, ꝛ tunc verbum, incipit, habet duas
ſignificationes. Prima eſt propria in illo puncto, in quo incipit,
vt patet in principijs cuiuſlibet libri, vbi rubri. dicit, incipit li-
ber primus vel ſecundus. Secundo poſtquam incipit, per ali-
quod ſpatiũ adhuc dicimus incipit, vt ſ. dictũ eſt. ꝛ de his que
conſiſtunt in facto, ꝛ patent ex vſu communi. Recte enim dici-
mus territorium, illius ciuitatis incipit in tali caſtro, vel villa, lõ
gum ſpatium occupat. ꝛ recte dicimus, talis prouincia incipit
in tali ciuitate, ante vero quam perueniatur ad illum punctum,
in quo incipit, vere in illo loco nõ vtimur verbo, incipit. De ver
bo vero deſinit, dico quod duobus modis accipitur ſed econuer
ſo ad precedentes. Nam ante, quam perueniatur ad vltimum
punctum, in quo deſinit per aliquod ſpatium, dicimus deſinit.
Item in illo puncto in quo deſinit poſt vero illum punctum nõ
vtimur verbo deſinit in preſenti, ſed deſinit in preterito, ꝛ hoc
9 per ſe ſatis patet. Quarto dixi † quod hec verba quandoque ad-
ijciuntur eſſentie alicuius rei ſiue illa res ſit ſubſtantia, ſiue qua
litas, ꝛ tunc proprie incipit eſſe, cum ex conſumatione recipit
formam, vt ff. ad l. falcidiam. l. ſi is qui quadringenta. §. quedam.
ꝛ proprie deſinit illo inſtanti, quo perdit formam vt hic in tex. pa
tet, ibi deſijt eſſe, amiſſa forma apparet hoc in qualitate. Dicimus
enim quod res incipit eſſe eius iuris, cuius eſt flumen, ꝛ ſic illius
qualitatis, que conſtituunt, ꝛ conſtituta deſinũt modis, ꝛ ex his
contingit quod aliquando aliquid eodem inſtanti incipit, ꝛ deſi
nit, vt C. de poſth. he. inſtituen. l. penultim. ff. de nouatio. l. quo
ties. de ſolutio. l. ſub conditione. ꝛ predicta procedunt proprie lo
quendo. Improprie vero dicitur, incipit, ꝛ deſinit hic, ſicut ſ. di
ximus quando adijcitur facto. Quandoque enim dicitur aliquid
eſſe, ſeu durare eſſe factum cum ſucceſſione, ꝛ iſto modo deſinere
non poteſt dici, niſi illud quod fuit, vt ff. de condition. ꝛ demon-
ſtratio. l. Titio vſufructus. in princ. licet improprie ponatur, vt
10 in l. iij. §. deſinere. ff. quibus modis vſuſfructus amit. ¶ † Quin
to dixi quod hec verba incipit ꝛ deſinit adijciuntur potentie,
vt aliquis incipit poſſe, vt aliquis deſinit poſſe, ꝛ tũc dicta ver-
ba vnam ſignificationem tantum habent: tunc enim dicimus quod
quis incipit poſſe quando omnia concurrunt que requiruntur
vt quis poſſit, vt ff. de diuer. ꝛ tempo. preſcript. l. prima. de ver-
borum ſignificatione. l. nepos. Proculo. ꝛ tunc quis deſinit poſ
ſe quando deſinit omnis ſpes potentie, quod quandoque eſt
ad vltimam vite ſpiritum, quandoque deſinit ab aliquo ſpatio
ante, vt ff. de heredibus inſtituen. l. ſuus quoque. §. penultimo.
in fine. ꝛ ibi de hoc plene dixi ꝛ de condit. inſtit. l. ſi. Et predicta
vera, quando dicta verba, incipit, ꝛ deſinit ponuntur in tempo-
re preſenti. Si vero ponuntur in preterito, tunc haberent ſigni
ficationem certam.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ In anno incipit. Vide ꝛ adde eundem Bar. in l.
fur eſt manifeſtus. ff. de furt. ꝛ in l. iij. C. de temp. appe. ꝛ Ange.
ꝛ Bal. in l. prima in princi. ff. de origin iur. ꝛ in rubr. ff. de rerum
diuiſio in verſiculo, Secundo quero, quando dicatur princi-
pium. ꝛ Alexan. in conſi. ix. in vij. volumi. incip. attentis verbis.
in princip.

Cuius ꝛ ipſum flumen Nota mira-
bile. Nã quic
quid alias ſuperimponitur, cedit ſolo: hic vero ſoluz cedit aque
a cui ſuperimponit, ꝛ eſt ſpeciale in flumine, ꝛ mari, [a] ꝛ in ceteris
aquis, quas in primo lib. dicimus habere ius alluuionis.

ADDITIO.

a T. D. ¶ Et mari. Facit text in l. riparũ quoque vſus in mari cũ
prin. l. ſeq. ff. de rer. diui. Et rationem aſſignãt Io. Fab. ꝛ Ang.
de Are. in §. cum, in ſuo. Inſti. de rerum diuiſio. ꝛ in l. in tantũ.

ff. de rerum diuiſio. ⁊ vide Joã. de Jmo. Alex. ⁊ Jaſ. in l. j. §. nũc videamus. ff. de oper. no. nuncia.

Id eſt. Hec eſt coniunctio expoſitiua, ſunt alie, ſcz. videlicet v. g. hoc eſt, vt varijs legibus reperitur.

Publici iuris gentium. Omnes enim gentes iſto iure vtũtur, vt alia loca ſint publica. Et puto talia loca eſſe in dominio eius, qui ibi tenet Imperium, quod patet per leges que ſoli principi permittunt diſponere ſuper his, vt l. continuus. §. cum quis. ff. de verborum obligation. ⁊ de contrahen. emptio. l. ſed Celſus. in princ. ⁊ ff. de flum. l. quominus. ⁊c.

1 ☞ Perempta propria forma rei res perit, ⁊ eſſe deſinit.
Propria forma rei que ſit.
2 Plus, ⁊ minus non faciunt rem differe ſpecie.
3 Forma rei ſubſtantialis qualiter cognoſcatur.
4 Forma rei ſubſtantialis rerum inanimatarum eſt id, per quod ipſa conſiſtit, ⁊ vñ denominationẽ nominis appellatiui accipit.
5 Res inanimatate tunc perdunt eorum ſubſtantialem formam, quando illa communia accidentia, ex quibus ſic denominantur, perduntur.
6 Res vna ⁊ eadem, ⁊ diuerſimode ſecundum diuerſas conſiderationes accipitur.
7 Acetum licet in eadem ſubſtantia ſit vt vinũ, tamen non venit appellatione vini.
8 Forma ſubſtantialis rerum animatarum anima vegetatiua, eſt ipſa anima vegetatiua.
9 Arbor proprie que ſit, ⁊ que dicatur ſecundum Juriſtas.
10 Herba dicitur que terra continetur, ⁊ ſeparata a terra non dicitur proprie herba.
11 Anima ſenſitiua eſt forma ſubſtantialis rerum animatarum anima ſenſitiua.
12 Anima intellectiua eſt forma ſubſtantialis rerum corporalium, ⁊ intelligentium vt homo.
Homo anima ſeparata non eſt homo, ſed cadauer.
13 Anima rationalis non preſumitur eſſe in monſtro nato ex muliere, non habente formam exteriorem hominis, ſecus, ſi communi aſpectu videtur homo.
14 Hominem non eſſe liberum non eſt de forma ſubſtantiali, ſed accidentali
Homo eſt animal ciuile, politicum.
15 Hominum due ſunt ſpecies, ſcilicet liberi, vel ſerui, cõſiderando in eſſe naturali.
16 Seruus factus liber, vel econtra, videtur alius homo, ⁊ non tenetur ex ante geſtis.
17 Forma ſubſtantialis hominis politici, eſt eſſe liberum.
18 Hominum ſpecies ſecundum ius ciuile ſunt due, quia alij ſui iuris, alij alieni.
19 Forma ſubſtantialis in rebus artificialibus eſt quedã aptitudo, quam habent ad illum finem, ad quem per artificem facte ſunt.
20 Forma ſubſtantialis rerum incorporalium, que ſecundum iuris diſpoſitionem ſunt indiuidua, ex natura ipſius rei.
Actionis natura dicitur figura ipſius.
Noua actio dicitur, cum aliquid additur, vel detrahitur nature actionis.
21 Seruituti ſi aliquid detrahitur, non valet detractio, ſi additur, non eſt ſeruitus.
22 Stipulatio vitiatur, quando aliquid additur, vel detrahitur de eo, quod erat poſitum in interrogatione.
23 Obligationi de his que ipſam reſpiciunt nil poteſt addi, vel detrahi.
Obligationi ſi additur vel detrahitur, quantum ad exceptionem obligatio non mutatur, nec leditur.
Obligationi reſpectu rerum que ſunt in obligatione ⁊ ipſis rebus diuiſionem recipientibus poteſt addi vel minui, ⁊ iſto reſpectu dicitur obligatio pro parte perimi.
24 Juriſdictio in ſe non recipit augmentum, nec diminutionem, ⁊ ipſa non prorogatur ſed dicitur prorogari reſpectu materie.

Quod ſi. Supra dixi quando dimittitur alueus antiquus. Hic incipit ſecũda pars, quãdo dimittitur alueus nouus. Et diuiditur hec pars in tres. Prima loquitur, quando tempore occupationis noui aluei nullius ager totus fuit occupatus. Secunda quando alicuius ager totus fuit occupatus, quid ſi de rigore iuris declaratur. Tertia, quid ſi de equitate.

Poſt tempus aliquod. Hic per dictionẽ poſt tẽpus, neutrũ ſignificatur qõ qualiter procedat dixi in precedenti lib.

Ad priorem alueum. Facti cõmuniter accidentis euentũ ponit tamen idem videtur ſi per alium locum fluere ceperit ſeparatum ab antiquo, ⁊ nouo alueo.

Reuerſum. i. retro ſeu iterum verſum. vt ff. de lega. ij. l. cum quidam. ⁊ de verbo. ſignif. l. verbum reddendi. Cetera verba que ſequuntur expoſita ſunt in precedentibus.

Si cuius. i. alicuius.

Stricta ratione. Strictam rationẽ vocat illam quam infra ponit ibi, quia ille ager, ⁊c. quam rationem ſic forma. Acquiſitio aluei dimiſſi fit occaſione vicinitatis, ſed ei, qui nullum predium habet nil poteſt deberi ratione vicinitatis. ergo ⁊c. Quod autẽ nullum predium habeat probatur, q2 deſinit eſſe amiſſa propria forma.
1 Ex quo nota, † qõ perempta forma rei deſijt eſſe res. Simile ff. de ſtatu ho. l. non ſunt liberi. ad exhib. l. Julianus rẽ. §. ſed ſi quis. Nota, ꝙ quando forma eſt perempta, perit res, ſed ſolum cum perit propria forma rei. Que igitur ſit iſta propria forma videamus. Unde ſciendũ eſt, qõ quedam eſt forma ſubſtãtialis alia accidentalis. De accidentali nõ poteſt intelligi hic, q2 licet vna res mutet ſua accidentia: q2 heri albus, hodie niger: heri iuuenis, hodie ſenex: heri paruus, hodie magnus per hoc nõ deſinit eſſe idem, vt ff. de iudi. l. proponebatur. ⁊ de vent. inſpiciendo.
2 l. j. § de inſpiciendo. ⁊ ideo † dicimus qõ plus, ⁊ minus, non faciunt res differre ſpecie, vt ff. de fund. dot. l. ſi. oportet ergo qõ
3 hoc intelligaf de propria forma. ſ. ſubſtãtiali. De iſta igitur videamus qualiter cognoſcatur. Ad qõ dicendũ quod rerum quedam ſunt corporales, quedam incorporales. Item corporalis alie naturales alie artificiales. Item naturales poſſunt conſiderari ſecundum eſſe naturale, ⁊ ſecundum eſſe mentale. Videamus ergo primo de rebus naturalibus corporalibus. Et iſte quedam ſunt inanimatate quedam animate. Animate quedam ſunt animate anima vegetatiua, quedam animate anima ſenſitiua
4 quedam animate anima rationali. † Rerũ inanimatarum ſubſtãtialis forma eſt id, per qõ ipſa conſiſtit, ⁊ vnde denominationẽ accipit loquor de denominatione nominis appellatiui. Forma autem ſubſtantialis in qualibet re inuiſibilis eſt ſecundum Philoſophos. Exemplũ in homine, in quo ſubſtãtialis forma eſt anima vt in Clement. de ſumma Trini. cap. j. anima tamẽ videri nõ poteſt, ſic nec forma ſubſtantialis ligni vel lapidis, vel cuiuſlibet rei. Sed per formas accidentales, quas vidimus, iudicamus de forma ſubſtantiali, q2 homo habet corpus ſic organizatũ, ideo dicimus qõ eſt homo, ⁊ ſi non haberet illam formã, diceremus ꝙ nõ eſt homo vt l. non ſunt liberi. de ſta. homi. in rebus inanimatis, in quibus cognoſcimus terrã q2 habent accidẽtie terre exteriora: ſi illa accidentia pderent, vt q2 de terra fieret lapis coctus, tũc amiſſa propria forma deſinit eſſe terra, ⁊ tranſit in aliã ſpeciẽ, ⁊ pdit primum nomẽ appellatiuũ, ⁊ aſſumit aliud. Sic ecõuerſo, ſi glans vel aliud pomũ in terra corrũpitur, ⁊ perdit nomen glandis, vel pomi, ⁊ aſſumit nomen terre, vt ff. de glande legẽda. l. vnica. ſic ſi vinũ, vel mel cõmiſceãtur, quodlibet perdit ſua accidentia exteriora, ⁊ tranſit in aliã ſpeciem, ⁊ vocatur
5 mulſum vt l. adeo. §. cum quis. de acquir. rer. domin. † Concludo ergo, quod in iſtis inanimatis tunc perditur ſubſtantiale quando perduntur illa communia accidentia, ex quibus res denominatur: ⁊ ſepe apparet, quando res perdit nomen appellatiuum ⁊ tranſit in aliud nomen appellatiuũ, alterius ſpeciei, ⁊ hoc ſic apud Juriſtas, dicitur quod ſic communiter, vt patet ex predictis ⁊ eſt expreſſum. ff. de aur. ⁊ argẽ. lega. l. Seia. §. fin. ⁊ ideo dicit lex quod nomina appellatiua ſunt immutabilia, ſtante ſ. identitate. ff. de le. j. l. ſi quis in fundi vocabulo. Sciendum † eſt etiam
6 circa predicta, quod vna ⁊ eadem res ſecundum diuerſas conſiderationes diuerſimode accipitur, vt ecce, in agris poteſt conſiderari reſpectu materie, quia terra eſt, ⁊ tunc ibi ſi flumen facit alueum, nõ deſinit eſſe terra remanet in ſuo genere. Poteſt etiam conſiderari prout eſt terra apta, vt per eã poſſit agi. hoc eſt animalia duci, ⁊ laborari, a quo ager recipit propriam denominationez, vt dictũ eſt in principio huius lib. Et iſto modo perdit propriam formam. Ita loquitur hic tex. non enim ipſam materiam primam debemus inſpicere, ſed illam qualitatem, a qua denominationem recipit, ⁊ ſub illa denominatione apud nos ſic appel-
7 latur, ſic ſimile in vino. † ſi enim fiat acetum, adhuc eadem ſubſtantia eſt ſecundum conſiderationem materie, vt ff. de contrahenda emption. lege, in venditione. ſecundum autem conſiderationem propriam nõ eſt vinum, ſed alia ſpecies eſt, ⁊ vini appellatione non continetur, vt ff. de vino tritico ⁊ oleo legato. l. ſi quis ſecundum. §. primo, ⁊ §. ſi quis acetum. ⁊ §. item ſi quis vinum. Secun-
8 do videndum eſt † de rebus animatis anima vegetatiua, vt plante. ⁊ iſtarum omnium forma ſubſtantialis eſt anima vegetatiua
9 licet etiam ipſe in ſe habeant ſpeciem vt arbor. ⁊ herba. † Arbor quidem dicitur tunc proprie, cum radices ita in terram ... vt

vt terre alimento vegetetur. ⁊ eius materia dura eſt, et non te-
nera, tunc arboris appellatione continetur, vt ff. arb. fur. ceſa. l.
iij. §. j. ⁊ l. iiij. ⁊ ideo ſi quod iſtorum deficeret. ſ. quod defineret a
terra vegetari, vel quod fiat ita tener, ſicut herba etiã ſi non ha-
beret formam ſubſtantialem, non eſt arbor, vt dictis legibus. et
hoc ſtricte loquendo, veruntamen quia apud Juriſtas hoc eſſet
dure inueſtigationis, ſuadente equitate ſtatutum eſt, vt arbor
intelligatur illa que ſtirpitus euulſa eſt et in aliam terrã trãſla-
ta, licet nondum cum terra comprehẽſa. Item quod dicatur ar-
bor etiam illa, cuius radices mortue ſunt, quamuis terra con-
tineatur et hoc etiam caſu proprie dicitur arbor cum anima ve-
getatiua ſit priuata. text. in d. l. iij. §. ij. arbor. fur. ceſa. Illud ve-
ro quod a terra ſucciſum eſt, ⁊ ſic animam vegetatiuam, que eſt
eius ſubſtantialis forma, perdidit, non eſt arbor, ſed vel eſt li-
gnum, ſicut cauſa comburendi paratum eſt, vel vocatur mate-
ria, ſi parata eſt ad aliquod edificium, vt ff. de lega. iij. l. ligni.
10 Eodem modo videtur dicendum quod † herba dicatur quando
terra continetur poſtquã vero ſeparata eſt proprie deſinit eſſe
herba, ⁊ cadit in ſpeciem rerum naturalium, que anima carent,
licet apud quoſdam nomen non mutet ſed adiectionem recipit,
quod primo dicebatur herba ſimpliciter, nunc dicebatur herba
ſicca, vel herba ſiccata, vt ff. de verborũ ſignificatione. l. ſylua. §.
j. ⁊ l. pratum. C. de paſcuis publicis. per totum lib. vndecime.
11 † Tertio videndum eſt de rebus animatis anima ſenſitiua, vt
ſunt animalia, ⁊ iſtorum forma ſubſtantialis eſt ipſa anima ſen-
ſitiua, ⁊ cum ipſam perdiderit, deſinit eſſe illud, ⁊ vocatur cada-
uer, vt ff. de lega. ij. l. mortuo boue. in prin. de cõdictione furtiu. ⁊
l. ſi ſeruus. §. boue. Verum quia iſtorum habentium animam ſen
ſitiuam diuerſe ſunt ſpecies, vt equus, bos, ⁊ ſimilia ſi quid na-
ſcatur, quod non habeat figuram exteriorem dicti animalis, di-
camus non eſſe illud animal, quia ex hoc quod non habet figu-
ram, dicimus non habere formam ſubſtantialem vt in homine.
12 de ſtatu homi. l. non ſunt liberi. † Quarto videndum eſt de re-
bus corporalibus animatis anima intellectiua, vt homo. In
his dico quod forma ſubſtantialis eſt ipſa anima, vt in cap. j.
de ſumma Trinita. in clementi. ⁊ ea ſeparata deſinit eſſe homo,
⁊ cadauer vocatur, vt ff. de cada. punito. per totum. Item dico
13 quod ſi quid eſt, quod non habeat formam exteriorem hoĩs, vt
quia ex muliere naſcatur monſtrum aliquod, quod in communi
aſpectu non dicitur homo, ius preſumit quod ibi non ſit anima
rationalis, ⁊ ſic deficere preſumit formam ſubſtantialem, et indi-
cat quod illud non ſit homo d. l. non ſunt liberi. de ſta. homi. ⁊
de verbor. ſignificationi. l. queret aliquis. Sed ſi aſpectu com-
muni videtur homo, licet ibi eſſet aliquid a natura auctum, vel
diminutum, ius preſumit quod ibi ſit forma ſubſtantialis, ſci-
14 licet anima, et ſic ſit homo, d. l. non ſunt liberi. Quod † ergo ibi
dicitur, non ſunt liberi, quia contra formam, et econtra intelli-
gitur de forma, hoc eſt figura que eſt quedam forma accidenta-
lis que non dat nec tollit eſſe rei vt dictum eſt, ſed pro tanto di
citur non ſunt liberi, quia eſt defectualis figure, lex preſumit
quod deficiat forma ſubſtantialis, que eſt inuiſibilis, ſicut etiam
dictum eſt in ceteris rebus et hoc prout homo conſideratur in
eſſe naturali. Sed quia homo eſt animal ciuile politicum in eſſe
ciuili ⁊ politico, ⁊ habet aliquas differentias, que inducunt dif-
ferentiam ſpecificam, et ea exiſtente, vel deficiente videtur alia
res eſſe. hoc autem eſſe politicum vel conſideratur ſecundum
ius gentium, prout commune eſt omnibus gentibus, vel ſecun-
15 dum ius ciuile, quod proprium eſt ciuium Romanorum. † Pri-
mo modo ſunt hominum due ſpecies, quia alij liberi, alij ſerui
vt ff. de ſtatu hominum. l. iij. liberi dicuntur eſſe ſerui vero ſecũ-
dum eſſe ciuile, ⁊ politicum dicũtur nõ eſſe, quia ſeruitus morti
aſſimilatur vt l. ſeruitutem ff. de regu. iur. et l. quod attinet. ff.
16 eodem. Videndum eſt autem † quid de ſeruo facto libero vel de
libero facto ſeruo, videtur alius homo, vt l. ſi ſeruus. §. j. de adi-
men. lega. ⁊ ſi eſt factus liber, nõ tenetur ex ante geſto, quia no-
uus homo eſt ſecundum iſtam conſiderationem. vt C. an ſer. ex
17 ſuo fac. per totum. Forma † ergo ſubſtantialis hominis politici
ſecundum hanc conſiderationem eſt eſſe hominem liberum, de-
ficiente libertate, deſinit homo eſſe politicus, ⁊ ſic de eo. ⁊ ſuper
eo contrahitur ſicut de animalibus brutis. Aliquem vero eſſe
liberum non inducit differentiam ſpecificam inter homines, qa
liber eſt, ſed magis eſt differentia accidentalis: vt notat. ff. de
18 iuſti. ⁊ iur. l. manumiſſiones, † Si vero conſideratur ſecundo mo
do ſcilicet ſecundum ius ciuile proprium Romanorum, tunc alia
eſt diuiſio. quia quidam ſunt ſui iuris quidam alieni, vt liberi q
ſunt in aliena poteſtate, vt ff. de his qui ſunt ſui vel alien.
iur. l. tertia, ⁊ tantum in hoc inducunt differentiam ſpecificam
quod olim filiusfam. ſi efficiebatur ſui iuris, videbatur alius
homo quia mutabatur forma ſubſtantialis ſecundum illud eſſe
ciuile, ⁊ per cõſequens non tenebatur illis obligationibus, qui-
bus erat primo obligatus, cum ſit alius homo, licet per preto-
rem reſtituantur contra eum actiones, vt ff. de capi. dimi. l. ij. §.
ait pretor. ⁊ ibi not. in gloſſ. in verb. iudiciuz dabo. Ex predictis
apparet ratio, que mouit Juriſtas ad dicendum quod manu-
miſſione, ⁊ adoptione, ſicut quis in natiuitate naturali efficitur
ciuis, ita iſta natiuitate ciuili videtur enim naſci nouus homo.
Alie vero qualitates hominum, vt quidam nigri, quidam albi:
quidam nobiles, quidam plebei, quidam furioſi, quidam ſane-
mentis ⁊ ſimilia non inducunt differentiam ſpecificam, vt not.
Inſtitu. de iure perſo. in §. vlt. in gloſſ. pen. ⁊ fin. ⁊ ſic propter il-
lam qualitatem eſſe ⁊ non eſſe, videtur alius homo, ſed quo ad
19 multa varios effectus habet. † Quinto videndum eſt de rebũs
artificialibus. Circa que dico, quod iſte aſſumunt formam ſub-
ſtantialem ex quadam aptitudine, quam habent ad illum finem,
ad quem per artificem facte ſunt domus, tunc enim dicitur do-
mus cum habet debitas partes compoſitas, ita quod eſt apta
ad habitandum, vt ff. ad legem Falcidiam. l. ſi is qui quadrin-
genta. §. quedam. ⁊ ideo ea depoſita ſi quidẽ aliqua res perma-
net apta ad illum vſum adhuc retinet eſſentiam domus, vt ff. de
vſufru. l. ſi cui inſule. ⁊ ff. de contrahen. emption. l. domum. ſecus.
ſi in totum eſſet depoſita. d. l. domum. ⁊ quibus modis vſufruc.
amitta. l. repeti. §. fina. Item in ſcypho, vel alio vaſe facto ad
finez bibendi, vel comedendi. donec retinet illam aptitudinem,
ſcyphus vocatur. cum vero ita fuerit conflatum, ⁊ ad illum
vſuz eſſe non poſſit, dicitur perdere formam ſubſtantialem, ⁊ de-
ſinit eſſe ſcyphus: vt ff. ad exhibend. l. Julianus. §. ſed ⁊ ſi quis.
⁊ probatur expreſſe ff. de auro ⁊ argento lega. l. Quintus Mu
tius. ij. §. cui aurum. maior. capacitas, vel minor non mutat for
mam ſubſtãtialem rei nec eius ſubſtantiam: vt ff. de fundo in-
ſtructo. l. finali. niſi forte ex capacitate certe quãtitatis aſſume-
ret denominationem: vt cõtingit in menſuris publicis, C. de ſuſ
cep. ⁊ arca. l. modios. libro x. dico quod falſus modius modium
20 facit. vt not. ff. de dolo. l. arbitrio. § de eo. Sexto. videnduz † eſt
de rebus incorporalibus vt ſunt iura, ſeruitutes, actiones, ⁊
obligationes, ⁊ ſimilia. Dico quod quedam ſunt iura ſecunduz
iuris diſpoſitionem indiuidua ⁊ tunc ipſorum forma ſubſtantia
lis eſt ipſius rei natura. Et ideo natura actionis dicitur ipſius
figura, vt C. de rei vxo. action. l. vnica. §. cum autem. ⁊ hoc etiam
patet, quia ſi nature actionis aliquid addatur tunc dicitur no-
ua actio. l. vnica. §. cum autem. de rei. vxo actio. Ubicunque au-
tem reperitur aliter, eſt impropria locutio, vt patet cum iura ſe-
natuſconſulti, ſicut regula iſta, attribuuntur Trebelliano, vt
Inſtit. de fideicommiſ. here. §. ſed quia. et ff. de pact. l. iuriſgen-
tium. §. adeo. Sed quia conſiſtit in indiuiſibili. adeo quod in ea
non poteſt aliquid addi, nec detrahi quin corrumpatur, ⁊ tranſ-
eat in aliam ſpeciem, vt ff de iuſti. ⁊ iure l. ius ciuile. ſtatim vbi
aliquid detrahitur, vel additur iuri naturali, vel gentium, effi-
21 citur ius ciuile. Hoc patet † in ſeruitutibus, in quibus ſi ali-
quid detrahitur, non valet detractio, vel tranſit in aliam ſpe-
ciem: vt ff. de acceptilation. l. ⁊ per iuſiurandum. §. primo. ⁊ §. ſe-
quen. Item nil poteſt addi, ⁊ ſi addatur erit non ſeruitus. ff. de
aqua pluuia. arcen. l. ſi prius. in princip. ⁊ quod ibi not. Et hoc
22 † patet in ſtipulationibus, ff. de verbo. obligationibus. l. j. §. ſi
quis ſimpliciter, ⁊ §. ſequen. vbi ſi reſponſioni aliquid additur,
vel diminuitur de eo quod erat poſitum in interrogatione. vi-
tiatur ſtipulatio. vbi dicit text. quod alia res eſt, ⁊ iſta ſunt vtilia
ad multa. vt ibi dixi. Sed hic obijcit quod obligatio poteſt tol-
li pro parte, ſolutione, acceptilatione. ⁊ ſimilibus, vt l. ſtipula-
tiones. §. ſecundo de verboruz obliga. Poteſt etiam tolli in mo
do contrahendi, ⁊ huic nil poteſt addi, vel detrahi. Et ideo di-
cunt iura quod certi ſunt modi, l. obligationum fere. §. placet. de
23 actionibus, ⁊ obligationibus. Primo poteſt † conſiderari ipſa
obligatio prout contracta eſt, ⁊ idez quia de his que ipſam obli
gationem reſpiciunt, nil poteſt addi vel detrahi, ⁊ ideo nec con-
ditio, nec tempus nec locus. adijcitur, vt ff. de legatis primo le
ge, nemo poteſt. ⁊ dicta l. obligationum fere. §. placet. ⁊ ideo di-
ctum eſt ſ. quod variatio in conditione, vel tempore facit eſſe
aliam rem, ſed ipſe adiectiones apponuntur quantum ad exce-
ptionem. per quam ipſo iure obligatio non leditur, nec muta-
tur, ⁊ dictis legibus. Secundo poteſt conſiderari obligatio re-
ſpectu rerum, que ſunt in obligatione, ⁊ tunc ipſis rebus poteſt
addi, vel detrahi, et illo reſpectu dicitur obligatio pro parte
24 perimi in his, que diuiſionem recipiunt. Itẽ predictis † obijci-
tur iuriſdictio, que res indiuidua eſt. ⁊ tamẽ dicimus quod mul-
tis modis iuriſdictio prorogatur. Reſpondeo ipſa iuriſdictio
non prorogatur, ſed dicitur prorogari reſpectu materie quia in
plures perſonas vel in plures res extenditur, ipſa tamen in ſe
non recipit augmentũ, vel diminutionẽ. Exemplum, Una ſcien-
tia dicitur creſcere quando a pluribus ſcitur, tamen in veritate
ipſa in ſe nõ creſcit. hec nõ proſequor, licet vtilia ⁊ neceſſaria ſint.

☞ Ager inundatus a flumine, ſi flumen poſtea receſſit, quando
primo domino reſtituatur.

Sed vir eſt vt id obtineat. Id eſt nullo modo id obtinens. Sed contra iſtud eſt Inſtitu. de rerum diuiſio. §. alia ſane cauſa. Solut. illud verum de rigore, hoc de equitate ſecundum Azon. ⁊ bene cum determinatione, quam infra dicam dantur in glo. alie ſolutiones, que etiam ſunt bone in caſu
1 ſuo. † Ideo pro ipſarum declaratione diſtinguamus, Aut flumen receſſit cum impetu, et reſtituitur primo domino, vt infra proxime. ⁊ ita loquitur hic tertia ſolutio. gloſſ. j. in verb. ſed vir. Ratio, quia magis videtur fuiſſe inundatio, quam alueus. Aut non receſſit cum impetu ⁊ tunc aut apparet forma primi agri, ⁊ domino primo reſtituitur, vt hic in ij. gloſſ. Ratio quia non deſinit eſſe ager, ſed remanet forma. Aut forma non apparet. ⁊ tunc aut loquimur de rigore, ⁊ non reſtituitur primo domino, vt in precedenti rubrica ⁊ in Inſtitu. de rerum diuiſio. §. alia. Aut de equitate, ⁊ tunc reſtituitur primo domino, ſecundum Azo. vt hic quod intelligo niſi flumen fecerit ibi alueum per decem annos inter preſentes, ⁊ viginti inter abſentes. Sic enim quilibet preſcripſiſſet, ergo flumen cum habeat titulum de iure gentium. argumen. ff. de capt. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. Item quod dicit in toto fundo, idem in parte fundi eadem ratione. Item ſicut recuperat fundum, ſeu partem eius, ita videntur per eandem rationem equitatis quod habeat ius acquiſitionis aluei dimiſſi, vel eius quod adderetur per alluuionem, ⁊ iſta eſt mens iſtius litere, ſi bene inſpiciatur.

Aliud ſane. Tertia pars, que loquitur de inundatione fundi.

1 ☞ Species pro figura ſumitur.
2 Inundatione licet perdatur poſſeſſio, tamen dominium non mutatur.
3 Preſcriptio nunquam poteſt perfici in poſſeſſionibus exiſtentibus iuxta flumina.

1 **Speciem.** Id eſt formam, vel ſpeciem, id eſt figuram vel ſpeciem proprie † hoc non facit tranſire in aliam ſpeciem.

Non mutat. Magis enim eſt tegere, ſeu cooperire ad tempus quam inundare, facit ff. de acquir. rer. domi. l. ergo. §. alluuio. de flu. l. j. §. ſi foſſa. Sed contra
2 de acquir. poſſeſſio. l. iij. §. Labeo. Sol. † Per inundationem non mutatur dominium, vt hic, ſed perditur poſſeſſio, vt ibi: quia illo
3 inſtanti non poteſt poſſideri, quod not. pro † poſſeſſionibus que ſunt prope flumina in quibus nunquam poteſt perfici preſcri-
a ptio[a] propter interruptionem. Item contra ff. quibus modis vſufru. amitta. l. ſi ager. Solu. Poteſt dici quod donec aqua iacet, dominium perditur, ſed aqua recedente, reſtituitur. vt ibi. ⁊ quod hic dicit, non mutat, expone, id eſt mutare non videtur, recedente aqua. Vel verius dic, quod in lege contraria, ponuntur duo caſus, Primus, quando flumen fecit alueum, ⁊ ſic concordat cum precedenti. Secundus, quando non fecit alueum. ⁊ quod ibi dicit non reuertitur dicit quatenus de facto exiuit vt ibi no. per gl. Item contra ff. quib. mod. vſuſfru. amit. l. cum vſuſfructus. in princi. Sol. vt dicit hic glo. in verb. ſpeciem. in fin. Deo gratias.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Preſcriptio. Vide Alexand. in conſ. clxxvij. in vj. volum. incipien. in cauſa, ⁊ lite vertente.

Tractatus de Iuriſdictione[a], editus per do. Bartol. a. Saxofer.

ADDITIO.

a T. D. ¶ Tractatus de iuriſdictione. Adde quod inuenitur alius tracta. de officio iud. ⁊ in quibus caſibus habet locum officium iudi. incip. Quoniam quotidiana magis ſciri debent, ⁊ ille tracta. attribuitur Bar. ⁊ eſt in meo lib. conſi. xiij. ⁊ charta lxxvij. tamen credo quod nec iſte tracta. nec ille eſt Bartol. quia ſtylus non eſt ipſius. Et de materia iuriſdictionis quando ſunt duo fratres habentes iuriſdictionem, ⁊ merum imperium, ⁊ vnus delinquit poſſit alius punire fratrem, vide Alexand. de Imol in l. ſerui electione. §. Labeo. ff. de legatis primo. ⁊ ibi multa ponit.

1 ☞ Factum a iudice quod ad eius iuriſdictionem non pertinet, vel ſpectat ad eius officium non eſt ratum habendum.
2 Sententia, confeſſio, proceſſus, ⁊ preceptum facti coram iudice non ſuo, ſunt nulli, niſi in cauſa reconuentionis, ⁊ quando iuriſdictio ordinarij ſit prorogata.
Iuriſdictio delegati non prorogatur.
3 Prorogans iuriſdictionem iudicis ordinarij poteſt penitere vſque ad litem conteſtatam, licet teneatur ad intereſſe ſi conuenerit.
4 Sententia lata in ducentis a iudice, qui vltra centum iudicare non poterat licet non valeat in ducentis valeat tamen in centum.
5 Vtile ab inutili in contractibus in quantitate ſeparatur.
6 Rei vendicatio an detur pro iuriſdictione.
7 Officium iudicis datur habenti ius in aliqua dignitate, et eſt actio confeſſoria.
8 Laicus, qui delictum commiſit, et poſtea, effectus eſt clericus a quo iudice puniatur.
Fraus ex quibus preſumatur.
9 Incola delinquens in loco, ⁊ transferens ſe ad alium locum inquiſitus, ⁊ poſitus in bannum a iudice delicti, poterit inquiri et condemnari a iudice domicilij pro dicto delicto.
10 Fur qui furtum committit Mutine poſtmodum aliud Parme et deprehenſus per poteſtatem Parme poteſt per ipſum tanquam famoſus ſuſpendi, ſi non fuit aliter pro primo punitus.
11 Conſuetudo in criminalibus inducitur per binum actum.
12 Iudex ex pluribus habentibus eandem cognitionem in criminalibus, prefertur alijs in procedendo qui preuenit in citando.
13 Iudices duo ſi concurrant in citando delinquentem, et non apparet quis primo quis ſecundo citauerit, debet conuenire quis eorum procedat, vel per ſuperiorem concordentur, et pena per medium diuidatur.
14 Delicto commiſſo in confinio duarum ciuitatum, vterque rector ratione dubij procedit.
15 Mandans homicidium fieri, an ſecuto homicidio in loco mandati delicti poſſit per iudicem loci in quo mandat. mandatum factum, et delictum ſequutum puniri.
Argumentum de contractibus ad delicta procedit.
16 Remiſſio in criminalibus de vrbanitate non de neceſſitate fieri dicitur.
17 Iuriſdictio delegati qualiter finiatur morte delegantis.
18 Iuriſdictio delegati Pape, et Papa mortuo non expirat.
19 Iuriſdictio vicarij epiſcopi, etiam re integra, non expirat morte epiſcopi.
20 Officium executoris gratie apoſtolice non expirat, etiam re integra morte concedentis.
21 Procurator quando cenſeatur reuocatus morte conſtituentis.
22 Iuriſdictio delegati an expiret morte ipſius delegati.
23 Delegatio ſi eſt facta pluribus iudicibus ſine clauſula, quod ſi non omnes, et aliquis eorum preueniat, ille erit potior.
24 Clauſula, quod ſi non omnes, vel quod conditio occupantis non ſit melior, appoſita in delegatione, operatur quod ſi vnus incipiat, collega non excludatur.
25 Electio ſi eſt facta de pluribus ad aliquod officium, vno eorum abſente, vel recuſante exercitium totius iuriſdictionis in totum pertinet ad collegam.
26 Aſſeſſor preſidis non habet iuriſdictionem in ſententiando, licet et conſuetudo contrarium obſeruet.
27 Preſes ſi remouetur ante tempus, dicitur culpa aſſeſſorum.
28 Preſidentium vnus ciuitatis ſi fuit cum exercitu extra territorium ciuitatis, ibi non habet iuriſdictionem, niſi fiat reformatio vt facta in exercitu valeant.
29 Preſidentes ciuitatis habent iuriſdictionem puniendi ſuos familiares in officio delinquentes.
30 Preſidentes ciuitatis poſſunt cognoſcere de iniuria familiaribus ſuis illata.
31 Iudex extra prouinciam exiſtens poteſt iuriſdictionem delegare, et excommunicatum ſibi ſuppoſitum abſoluere.
32 Syndicus qui habet ſyndicare officialem an poterit cognoſcere de homicidio per officialem commiſſo, durante officio.
33 Parmenſis ſi accuſatur coram Bononienſi de delicto in territorio Bononie commiſſo, ⁊ accuſatus comparet declinando forum ⁊ ſi delictum dicit illud ſe commiſiſſe in regno, an ſuper accuſatione procedi poſſit, non obſtante exceptione.
34 Iuriſdictio eſt nomen generale comprehendens merum, ⁊ miſtum imperium licet non conuertatur.
35 Cauſe meri vel miſti imperij, vt delegari poſſint, duo requiruntur de iure ciuili, de iure canonico ſecus.

PRimo igitur circa iuriſdictionem ſciendum eſt, quod iudex ordinarius vel delegatus ſtatim quod fines ſue poteſtatis excedit, nil agit: quia factum per eum non valet ipſo iure, vt extra de ſententia, ⁊ re iudicata. cap. j. Cum ergo iudicat de eo quod ad eius iuriſdictionem non pertinet ſeu vltra quantitatem ad eius iuriſdictionem ſpectantem, non valet quod agitur